MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS V: 1.9. 1.11.)
Melk, 1471 Seite 306v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift



¶ quod agente suauitatem a deo sibi detectum est. et apti sunt ambo oculi. Postea autem oculos columbe predicerunt ¶

p̄ sentire sancti spiritus. Nullus quippe heretica rationis locus obuiare potest. quod sanctum dei seruum ad ecclesiam dedere putant esse iugio ligatum. quique sue obscenitatis feces obuoluti. ignari sunt gratie spiritus sancti. quia quod in semetipsis minime sentiunt in alios nullomodo recognoscunt. Si quis igitur melius gustum mihi quod placuit. cui saporis sit omnimodis nescitur. Nec est qui solo absinthio ceteris herbis neglectis omni tempore utitur. his minime dulcem amare uidet. et ceteris herbis eiusdem putant esse amaritudinis. propter inexperientiam gustandi saporis. De talibus namque scriptum est. Ve qui dicunt bonum malum et. malum bonum. Si enim quod malum aliquid esse uidet. ipse sibi testis est. quia malus est. Et quod ipse est presumptuosa omnis indifferenter putat habere pro natura. Qui autem simplicem intelligit. et incorruptis oculis omnem creaturam bonam esse credit. ipse sibi testis est. quia bonus est. Bonus quoque gaudet se a deo creatum. malus uero scit se sine creatore esse. et ideo nihil esse. Nihil quippe est excepto deo non creatum. Si quod malus aliquid esset. quid ergo non bonum esset. Et uidit deus inquit septem cuncta que fecerat. et erant non solum bona sed ecce erant ualde bona. Omnino difficile licet ea que sunt bona esse. neque esse si bona non sunt. Dum quoque bona non ecce iusta. Beatus itaque seuerus columbinis oculis omnia opera inspexit dei. et uidit intellexit iugum ualde esse bonum. si quis eo legitime utatur. quia si non bonum. neque mulier in adiutorium ade creata fuisset. Oculos quippe columbe habuit filius columbe. per quam spiritus sancti significat. non quod aliquis fidelium iure dici possit filius spiritus sancti. sed plane dei patris et matris ecclesie per adoptionis gratiam. Nisi prius in cantica sponsa allaquit. Oculi tui inquiens columbe. Nos quoque oculos pethoplasti perdidimus. confestim erubescebat. quia intrauit mors per fenestras carnalium oculorum. Ecce quidem puer innocentie spiritum ducit. columbe oculos habere prohibet. quia omnia que in mundo uersantur simplicitate intuetur. Mox enim membra sua erubescunt. nemo muidet. nullus iratur. nichil impudicum cogitat. nulla illicita concupiscat. quia habitator spiritus sancti qui illum incorrupta mente custodit. mechorum nouit. Si autem pudicitia uiciorum ad concupiscendum carnis uite ceruli prabit. iure iam erubescunt. quia impletum est in illo quod propheta ait. Homo cum in honore esset non intellexit. comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Spiritus itaque ad operationem quem beatus seuerus in sacra renascentia suscepit. quasi columbam intacta matrice. sic uirginum pullos incorruptis et mundo nutriunt. nec ab eo recessit donec in electione pontificis cum esset meritum innotescit hominibus. Ecce quid pietas uita obliuiscitur celestem. postquam ab alto innocentie culmine incidunt corrupta mente in terrestre. Habuit itaque beatus seuerus iugum habuit et filium sed ante spiritum. Nunquid nam prima indignum spiritum extitit. quia iugum habuit. Absit. Nunquid apostolorum princeps petrus legali iure iugum non habuit. Habuit plane. sed ante uocationem apostolatus. Ecce eadem ratione. beatus seuerus cum eugenia in consentire gratia iugio copulatus fuit. sicut magistri gentium paulus docuit. quemque beatus petrus sublege constitutum esse prohibet. Ecce petrus ad apostolatum uocatus et electus. credimus duxit uxorem sed non utitur. Vxor